

futuro, cum omnibus terminis et pertinentiis suis, sicut antea possidebatis, liberas et absolutas, jure hereditario possidendas et habendas in perpetuum. Si quis vero hujus mee donationis et confirmationis paginam in aliquo rumpere vel diminuere ausu aliquo presumpserit: iram dei omnipotentis plenarie habeat, et cum juda domini proditore penis mancipetur eternis, et insuper Regie parti centum libras auri purissimi, et vobis priori vel vocem vestram pulsanti, dampnum quod intulit: dupplatum persolvat in cauto. Facta carta apud sanctum Martinum de Alvella, ERA MCCXVII, III idus octobris. Anno, III, ex quo serenissimus Rex prefatus Aldefonsus concam cepit: et eam fidei xristiane strenue mancipavit. Et ego Rex Aldefonsus Regnans in toleto et castella: hanc cartam quam fieri jussi, manu propria roboro et confirmo. *Subscripciones: Primera columna:* Cenebrunus toletanus Archiepiscopus et hispaniarum primas, confirmat. Rodericus Calagurritanus episcopus conf. Raimundus palentinus episcopus conf. Petrus Burgenensis episcopus conf. Gundisalvus secobiensis episcopus conf. Fernandus roderici conf. Petrus roderici filius comitis conf. Petrus roderici de azagra conf. Petrus de arazuri conf. *Segunda columna:* Michael Oxomensis episcopus conf. Comes petrus conf. Comes Gomez conf. Comes Ferrandus conf. Petrus garsie de lerma conf. Gundisalvus copellinus conf. Alvarus roderici de guzman conf. Lop diaz merinus in castella conf. *Entre las dos columnas signatura y en su interior:* SIGNUM ALDEFONSI REGIS CASTELLE. Alrededor de la rueda: Rodericus gutierrez majordamus curie Regis conf. Gomez garsie de roda Alferiz Regis conf. *Final:* Magister Johannes Regis notarius. Petro de cardona existente Cancellario scripsit.

#### D. XVIII

*Crismón.* Dum homo in teronibus archanibus cogitans quatenus agere studeat unde omnipotentem deum sibi placare queat, illi soli gratie referende sint: a quo omne bonum collatum esse dinoscitur, dum licuerit cuilibet perficere quod recto animo cogitaverit. Videat ergo homo et sollicita mente evigilare procuret, ne de factis pravis suis elationis ruinam incurrat, aut quod deterior est: disfaciat penitendo quod fecit; et pro benedictione: dupplicem anime sue adquirat condemnationem, quum non inchoantibus sed perseverantibus: coronam bone retributionis attribuitur. Nunc denique cognoscendo hec: Ego ADEFONSUS divina gratia imperator totius hispanie, elegi inspirante

deo, ex quo accepi a domino, pro salute anime mee offeram domino non ut rem infringam quod feci, et nefas est dicere, sed pravitate mee factum in cunctis decerno manere stabilitum, ut in eternum premium obtineat beatum. Et ideo iam dictus Adefonsus imperator, sicut dixi propter eternam retributionem, facio vobis patronibus meis sanctorum apostolorum Petri et Pauli, vel quorum reliquie recondite sunt in hunc locum, cujus basilica fundata esse dinoscitur, in locum quod nuncupatur cluniacense, sive abbati meo hugonius vel fratribus qui sunt in monasterio idem loci, tam quos hic sunt permanentes, quam qui ibidem permanserint, et regulam sancti Benedicti Abbatis deduxerint. Concedo atque offero vobis unum monasterium meum proprium, quod abstraxi ex parte meum regalencum, et successi de aviorum meorum, et ipsum monasterium est vocitatum sancta Maria de Naiara, subter illo castello latus de illa via qui discurrit pro ad sancto jacobo, ex quo accepi a domino. Iterum illi offero sicut propheta nos admonet dicens: Vovete et reddite domino deo vestro. Idcirco offero per hujus testamenti vigorem possidendum ipsum suprataxatum monasterium, cum omnes villas, tam heremas quam et populas, sicut sonant in suos scriptos ab integro. Tam quam ganavit usque modo, quam etiam et quod postmodum ganaverit vobis offero. Ita concedo vobis ipsum monasterium iam dictum sancta Maria, cum omnibus suis adiacentiis vel adprestationibus, domos, vineas, terras, cultas vel barbaras, montes et aquas, cum eductibus suis, exitus et regressus, per suis locis et antiquioribus terminis, sive cum omnia bona sua, seu et homines qui ibi habitant, vel qui ibi habitare venerint; ad vestram concurrant ordinationem, et in cunctis vestram adimpleant jussionem. Et non permitto scurro fisci regali qui ibi disturbancem faciat, nec in modice, nec contaminentur eorum januas, nec pro rausso, nec pro homicidio, nec pro fossateria, nec pro ullo jusso vel calumpnia regali aut servitio. Sed liberum et intemeratum vobis eum concedo, propter remedium anime mee vel parentum meorum, ut dominus tribuat nobis proinde beatam vitam et requiem sempiternam. Hec omnia quidem offero per hujus testamenti vigorem, possidendum esse concedo, pro victu atque vestitu servorum dei, in ipso monasterio deservientium, vel in helemosinis pauperum, hospitem et peregrinorum. Et hunc meum factum unquam a me vel ab aliquo non sit disruptum. Ita ut ab hoc die et tempore, ipsum monasterium cum omnia bona sua sicut suprascriptum est, de meo jure sit abrasum, et in vestro dominio sit traditum et confir-

matum. Et qui in hunc regnum post me successerit, et istum testamentum infringere conaverit; sive Rex, sive Comes, vel quilibet potestas, quicumque sit; sit ille deo reus, et a communione extraneus, et a corpore et sanguine domini nostri privatus [sobre la o una u] per longum tempus idest per omne seculum, cum juda domini proditore cruciandus, simili dampna et pena dampnetur. Et hoc meum testamentum semper maneat firmissimum. Factam series testamenti paginolam. sub die quod erat, III.<sup>o</sup> nonas februarii. ERA. M.<sup>a</sup> C.<sup>a</sup> XVII.<sup>a</sup> Ego Adefonus imperator, vobis patronibus meis iam dictis, sanctorum apostolorum petri et pauli, et Abbati meo suprascripto Hugoni, et ad universam congregationem, idem monasterii in hoc testamento quod fieri jussi et relegendem audivi, manu mea signum inieci. *Suscripciones: Primera columna:* Pelagius Leionensis episcopus confirmans, Bernardus palentine ecclesia episcopus conf. Eximinus Burgensis episcopus conf. Didacus iriensis ecclesie episcopus conf. Munio Aucensis ecclesia episcopus conf, Belasco cenobii sancti Emiliani abbas conf. Oveco Oniensis Abbas conf. Sisebutus caradigne cenobii Abbas conf. *Después de la confirmación de cada uno viene un signo.* *Segunda columna:* Ranimirus garsie Regisfilius confirmans. Urraka Fredinandi regis filia conf. Elvira soror ejus, filia scilicet ejusdem Regis Fredinandi conf. Ermesinda garsie Regis filia conf. Domna Eximina ejusdem Garsie Regis filia conf. Munio gundissalviz Comes conf. Petro Assuriz Comes conf. Gundissalvus salvatoris Comes conf. Senior didaco albariz conf. Senior scemeno furtunionis conf. Didaco Assuriz comes conf. Martinus Adefonsi Comes conf. Didaco gondessalvis conf. Fredinando veremudiz conf. Pelagio gomiz conf. Pelagio vellitiz maiordomus conf. Petro iohannes conf. *Después de la confirmación de cada uno viene este signo* ✠. *No hay signatura, ni testimonio final del notario.*

#### D. XIX

Sub nomine sancte et individue trinitatis quam ego credo et adoro et confiteor Ego Stephania dei ancilla feci hoc testamentum pro timore mortis mee et remedio anime mee, nullius cogentis imperio, nec suadentis ingenio, sed mea voluntas accessit, et ita divisi omnia mea, tam mobilia quam immobilia, de minimo usque ad maximum, in presentia de senior eximino garceiz, de senior fortun lopez, et de senior fortun sancii, et senior fortun velaskez, et senior eximino fortuniones, et episcopo